

A sternutamentum, singulus magno malo luitur. Sic fit, ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 11.

DAMOPHILUS & Megacles Siculi Ennenses erga servos inhumani occasione dedere bello servili. Quadringenti servi, duce Euno Syro divinitatem affectante, & futura prædicente, contra dominos suos rebellant. Diod. lib. 34.

Romani quidam servos ægros exponunt in insulam Æculapii, medendi studio. Quos omnes liberos esse Claudius Cæsar sanxit, nec redire in ditionem domini, si convalescent. Suetonius.

T. SEMPRONIUS servos jam senio debilitatos tanquam animalia bruta ejicere, & vendere solebat, quasi commoditate sublata, nihil ipsi hominibus humanitatis debeamus. Plut. lib. 14. cap. 2. Amphrop.

Illud unum M. Catonis viri alioqui eximii vitium, quod sicut juvenis servus abusus, expelleret, & venderet eos in senio; moribus ego attribuo nimium austeris, nec illum existimantibus extra questum homini esse cum homine consortium. Plutarchus in Catone.

B PALLAS, Claudii Cæsar's libertus, immensis opibus comparatis, cum à Peto accusaretur, in Neronem conspirasse, atque ad rem probandam quidam Pallantis liberti adducerentur: coactus est Pallas, ut innocentiam probaret, superbiae suae magnitudinem detegere. Affirmavit enim moris sui esse, nunquam ministerium suorum quempiam alloqui: sed si quid vellet, id eis aut manu aut nutu indicare: & si quid esset, quod longiore oratione declarandum esset, illud eis scribere. Id autem agebat, ne cum ministris superbiae vocis suae dignitatem committeret. Cornel. Tacitus.

GALLENUS Medici pater Nico vir humanissimus: mater vero usque adeo iracunda, ut interdum etiam morderet ancillas semper; & vociferaretur, & cum marito contenderet: idque longe quidem odiosius, quam cum Socrate olim Xanthippe: mulier interim pudica, & circa rem familiarem augendam sollicita. Galenus de Cognosc. animi morb. cap. 8.

Tartari virgines, matronas, mulieres jure belli comparatas miserabili servitio conficiunt, fame cruciant, & ad foci ministeria, retinent. Ex provinciis bello comparatis, paucorum puellarum quae decimas exigunt, quas pro servis habent: & ex his morituri domini deliquit, qui cum his vivi infodiuntur. Servos bello servatos non solum nudos, sed assidua inedia laborantes, in duro servitio ad mortem usque retinent, præ libidine ac ludibrio impunè sæpe necant. Bonifinus lib. 8. Dec. 2.

Stephanus quidam presbyter provincie Valeriae Quere supra Tivulis indecoris utitur. Imperante Mauricio.

BAPTISTA Zenus Cardinalis sub Paulo II. in conversatione familiaris acerbus supra modum, aliis vestibus foris, aliis domi famulos sui volebat, eosque vel leviter inter equitandum errantes descendere, & pedes necedere cogebat. Accidit, ut cubiuli præfectum sæpe vocans, ab eo natura necessitati parenti non exaudiretur. Furibundus igitur retrò ostium sese abscondit, ut ingredientem ex insidiis aggressus malè multaret. Interea Cardinalis cujusdam scribam foribus apertis ingressum Baptistæ capillis arreptum pugnis egregie contudit: quoad errorem suum agnoscens, hominem missum fecit, multis prius detestatum precibus, ne cuiquam hanc suam impotentiam detegeret. Garimbertus lib. 6. de Vitis Pontis.

CHRISTOPHORUS Eboracensis Cardinalis Anglus, cum verberibus in suos sine ratione sæviret, à Renaldo Mutinense famulo suo, quem præter meritum plagis cæciderat, veneno interemptus est, sub Julio II. Renaldus in carceribus manus sibi intulit. Idem.

S E R V I.

NICOLAUS Pedrotus, Bessationis Cardinalis cubicularius, cum Romæ in conclavi tres Cardines Bessationem prædentem adire vellent, ut eum omnium consensu Pontificem renuntiarent, ille non vacare nunc hero suo, ut cum illis inter prandium colloqueretur, respondens, foribus eos excludit. Illi indignati: Si Pontifex esse nolit, ne cogendus quidem est, abeunt dixerunt. Ignarus hujus rei Bessation, postea tamen certior factus, nihil gravius commotus, his tantum verbis Nicolaum corripuit: Importunitate & rusticitate tua, Pedrotte, mihi mitam, tibi ipsi vero galterum invidisti. Iovius in eius vita.

P R A E C E P T O R E S.

Quod asperius coram multis Pythagoras familiarem acce-

piisset, dicitur adolefcentem laqueo sibi gulam fregisse. Inde Pythagoram referunt neminem unquam præsentem castigasse alio. Plut. de Disser. adlat.

CARILIUS Pupillus, grammaticus insignis, qui semper majore fama quam emolumento docuit, tam acerbe fuit natura, ut non modò in antiphoistat, quos omni sermone lacerabat, inveheretur, sed etiam in discipulos: quod etiam Horatius insubdicat, Plagofum eum appellans. Suetonius de Grammaticis illustribus, cap. 8.

L E G A T I.

Cum Athenienses ad Philippum in Macedoniam legatos misissent, acerbum quidem, sed oculum ipsorum hostem: confecta legatione, Philippus eos dimittens, ut mos est, dicere cepit: Si quid aliud esset, quod Atheniensium gratia facere posset: neque ultra ad finiendum orationem pergerat. Statim legato- rum unus, Demochares, cæteris audacior, subjunxit: Ut te suspendas. Tum Philippus ad legatos conversus, dixit: Referte Atheniensibus, eum qui tam acerbum verbum abique indignatione audivit, longè eo, qui verbum illud non læcessus pronuncia- vit, modesteior esse. Fulg. lib. 6. cap. 2.

DOMINICUS Pisanus Venetus orator, Vide supra. De- fendere se vel alios inepit, s. agebat apud Iulium.

MATTHEUS Langius Gurcensis Episcopus, Maximiliani I. Imper. legatus, Bononiae à Julio II. Papa tanto honore exceptus est, anno Salutis 1511. ut rex quidem ullus ferè majore accipi- posset. Nec minor in Gurcensi pompa & magnificentia eni- tit. Cum enim Cæsar in Italia vicarii nomine veniret, prin- cipum ac nobilium, cum eorum omnium familiis admodum splendè indutus atque ornatus, magnum secum habebat comi- tatum. Ad urbis portam fenatus Veneti ad Pontificem lega- tus, in gentis submissionis signis ostensis, ei obviam processit. Adversus quem ille incredibili fastu plenus, oratione ac gestu admodum superbo, eum, qui Cæsar's hostium personam gere- ret, ante suum conspectum se ausum fuisse ostendere indigna- tus, se convertit: ac pompa in fenatum usque, ubi eum cum om- nibus suis purpuratis præstolabatur Pontifex, deductus: brevi, sed superbissima oratione, se à Cæsarere ferum suum potius G- his quam belli artibus consequendum studio in Italiam mis- sum; pacem verò, nisi à Venetis omnia, qua: quavis ratione ad eum spectarent, restituerentur, locum habere non posse, propo- suit. Post publicum consensum, seorsim cum Pontifice in ean- dem sententiam eodemque fastu loquutus est. Quibus verbis ac signis postero die non minus superba facta adjuvit. Cum enim Pontifex ex ipsius consensu tres Cardinales, qui cum eo agerent, delegisset, nempe Sangiorgium, Rheginum, ac Medi- censem constitutam conventus horam expectantibus, ipse qui- si cum alio quam cum Pontifice quicquam agere se indignum esset, tribus ex suis nobilibus qui cum eis agerent missis, se aliis negotiis occupatum excusavit. Quam indignitatem Pontifex, incredibili in Gallos odio naturam suam vincente, cum mul- tis aliis devoravit. Gucciard. lib. 9.

P R E F E C T I.

POTHINUS sive Photinus eunuchus Ptolemæi regis, Cæsare post Pharalicensem pugnam in Ægyptum profecto, proplam multa ad Cæsaris intolerabilem invidiam & contumeliam lo- quebatur faciebatque. Nam vitiosissimum & venustissimum mi- litibus metiebat frumentum, addens: Ferrent & acquiesce- rent, quòd viderentur alienis. Ad cenas vasis ligneis & æginis, justit ministrari, aurea & argentea Cæsarem ferens omnia ac- cepisse solitum. Quippe patri regis Cæsar septingentes expen- sum ferabat: ex quibus cætera liberis ejus Cæsar ante condona- verat: quadringentes tunc repetebat ad sustinendum exerci- tum. Cum Pothinus diceret ei, in præsentia ut abiret, & ma- gnis negotiis inisteret, post eum gratia creditum eum ablatum, responso dato, minime se Ægyptiorum consilium requi- rere, Cleopatram clam ex agro excivit, eamque occiso fratre reginam constituit. Plut. in Cæsare.

C A P T I V I.

Pisonum in Danubii ripa situm, à Pisono conditore nomina- tum est, qui Pannonis præfuit, & Thaces ad Myfios defi- cientes domuit, quorum captivi in vincula conjecti, tantæ fer- ritatis erant, ut catenas dentibus morderent. Bonifinus lib. 1. decadis 1.

QUO CONSILIO, QUÀ OCCASIONE AD ACERBITATEM INDUCTI.

R E L I G I O N E.

Sadducci Judæi, & inter se feris moribus discer- panis.

A pans, & conversatio eorum circa exteros inhumana. Iosephus lib. 2. cap. 7. belli Judaici.

H O S T E M T E R E N D I C O N S I L I O.

LUCIUS CORNELIUS SYLLA congressus cum Mithridate ad Dardanum Troadis, pacis causa, cum ei obviam prodidisset Mi- thridates, & dexteram portexisset: rogavit eum, acciperetne, quibus conditionibus pepigerat Archelus ejus dux, pacem? Tacente rege, Sylla: Atqui deprecantium est, inquit, priore loco dicere, victoribus satis est tacere. Ubi exorsus Mithrida- tes excusationem est, conatusque bellum partim ad deos refer- re, partim ipsos culpare Romanos: excipiens Sylla: Jam dudum ait, se de aliis accepisse, nunc vero ipsum intelligere, disertissi- mum esse Mithridatem, qui in factis adeo terribis & pravis non deficiat speciosa oratione. Inde cum ejus facinora coar- guisset & exagitasset acerbe, questivit iterum: Ecquid his, que cum Archelao convenisset, stare? Ubi stare respondit: ita demum salvavit eum, ac complexus & osculatus est. Plu- tarchus in Sylla.

M I S E R I C O R D I A.

MITHRIDATES vicus à Lucullo ad Cabitas, & in Armeniam ad Tigranem generum fugians, ad sorores & uxores, apud Phœnaciæm tuto & pacato loco repositas, interficiendas Bac- chidem misit. In his duæ regis sorores fuerunt Roxane & Sta- tira, quæ annis propè quadraginta in virginitate vixerant: & conjuges duæ. Jonides natione, Berenice Chia, & Monimia Milefia. Erat hujus celebre inter Græcos nomen: quòd cum eam rex attentaret, & quindecim millia aureorum misisset, ca- tenus fuerit renita, dum sponsalibus factis missoque diademate appellavit reginam. Ea autè quoque in perpetuo mœtore ege- rat, deploraveratque corporis sui venustatem: quæ dominum sibi pro viro, pro nuptiis autem & penatibus conciliasset custo- dem barbarum. Jam quòd procul Græcia relegata, speratis bonis pro somnium frueretur, & veris illis esset pollata. Ubi jam adit Bacchides, eisque indixit mortem, quæ cuique facilissima & levissima videretur: detractum capiti diadema collo aptavit, atque ex eo semetipsa suspendit. Quo citò ab- rupto: Execrabilis facta, inquit, ne hic quidem eris mihi utilis: Tum illud projecit conspuisque, ac jugulum obtulit Bacchidi. Berenice poculum veneni inimpit, ejus portionem matri dedit præsentis & petenti: unaque ebiberunt amba. Valuit autem in corpus inbecillitas vis veneni. Berenice verò, quæ minus justo hauserat, non abulit. Cum diu animam ageret, accelerante Bacchide strangulata est. Ferunt etiam ex inuptions illis foribus, alteram post multas in fratrem execrationes & proba virus epotasse: Scitaram verò nihil gra- vius aut abjectius locutam, sed collaudasse etiam fratrem, quòd de vita in discrimen vocatus, rationem habuisset etiam ipsa- rum, profuissetque, ut circa contumeliam vitam ponerent liberè. Plut. in Lucullo.

Ferunt, Gallos in discessu post Tarrensem contra Venetos Storcianoque victoriam, ut ad expeditiones abirent, cremasse aurata equorum tegumenta, multamque suppellectilem: & de- mum, quod vis credibile est, quosdam hujus gentis mortiferis vulneribus debilitatos, ne miserius apud hostes perirent, cru- deli misericordia jugulasse. Iovius lib. 2. Hist.

A V A R I T I A.

Judæorum aliqui ad Romanos urbem Hierosolymam obse- dentes, auro quòd habebant devorato: ne à Zelotis, qui tyran- D rannidem in urbe exercebant, deprædarentur, confugere. Syri autem milites cum transfugerant quendam ex stercore aureos colligentem deprehendissent, totis castris ea fama percrebuit, quòd auro transfuge pleni essent, præsertim cum fames & luri- dos & timidos reddidisset. Itaque Arabes & Syri una nocte duo millia transfugerant Judæorum vicibus apertis auri cu- pidine peremerunt. Titus sceleris auctores jaculis immisso equi- tati perempturus erat, sed multumdo noxiorum veniam imp- petavit, cum plures essent puniendi, quàm qui fuerant inter- empti. Ioseph. lib. 6. cap. 15. belli Jud.

A M B I T I O N E.

Hippodamus Milesius natura ambisus, ob ambitionem omnino morosus dicitur fuisse. Arist. lib. 2. Polit.

V I T E C O N S E R V A N D E S T U D I O.

ANTAGORAS Pissistratum, qui eandem naufragii tabulam ar- ripuerat, vi depulit, & submersit: idem post à marina bel- lina devoratus. De qua re sic Philippus in primo Græcorum Epigram.

L. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

Κλαδίον ποτὲ γὰρ εἶδον, δὴν ἔδον  
λασὸν, καὶ μὴν μαρτύριον σαρδόν.  
Τὴν δὲ ἀπὸ τῆς Πενήρατο (ὡς μυστήριον,  
ἢ τὴν δὲ καὶ ἑρῆς) ἀπὸ ἐμῶν δὴν.  
Νῆξος δὲ μὴ, τὴν δὲ εἶλε κίον ἀπὸ, παραλάσσορ  
Χίον ἢ ὑπὸ πᾶντα ὡ πᾶντα.

OBSIDIONIS TOLERANDÆ CAUSA.

Babylonii à Dario defecerant. Ex omni mulierum nume- ro unam sibi quisque delegit maximè optatam: cæteras, ma- tribus duntaxat electis, ne tam impio patricidio se polluerent, in publicum productas, populariter necarunt. Id aggressi faci- nus, ne nimia multitudo tolerandæ obsidioni gravis esset. Sabellius lib. 7. Em. 2.

BELIARIUS Romæ à Gothis obfidebatur, & fame urgente maxima crudele edictum Romanis proposuit, ut mancipia, filios, conjuges extra Urbem confectim emitterent, ne cæteri in comæus penuriam, vitæque discrimen pervenirent. Tum ingens mortalium turba cum fetu & ejulatu à charissi- morum amplexu avulsa, noctu per viam, quæ ab hostibus Græcorum, propter quos extrema pati cogebatur, derelicta. Io. Magnus lib. 1. ex Procopio.  
Florentini Nicolai Picinini aetatis preffo, vitio, ne & Pise quoque à victore hoste occuparentur, propostio miserabili edicto, ut priusquam candela ardens absumeretur, cives om- nes à quindécimo anno ad sexagesimum urbe decederent, suspectam civitatem multitudinem exoneratum. Sabell. lib. 1. Dec. 3.

V I N D I C T Æ S T U D I O.

Bello Rhetico, Tiberii Neronis ductu, Rhetorum mulie- res, deficientibus telis, filios humi afflictos, tormenti loco in hostium ora contorfisse dicuntur. Sabell. lib. 5. En. 6.

I N H U M A N I T A S S E C U N D U M M A T E R I A M R E S P E C T U P E R S O N A R U M.

Nulla hic ira, sed immanitas tantum erga eos, à quibus nulla G- afficiuntur iniuria, consideratur. Itaque ad vitium huma- nitatis contrarium pertinent, & quatenus iniuria immeri- tos afficiunt, ad Injustitiam.

ERGA HOMINES CONSIDERATOS secundum ANIMUM. PUTA ERGA Doctos. Philosophos.

TIBERIUS Cæsar, crudelis in convictos Græcos fuit quibus vel maximè acquiescebat: Zenonem quendam equiti- tibus sermocinantem, cum interrogasset: Quenam illa tam molesta dialectos esset? & ille respondisset, Doridem: re- legavit Ænariam: existimans exprobratum sibi veterem seces- sum, quòd Doricè Rhodi loquantur. Item cum foret ex- lectione quotidiana quæstiones super cenam proponere, comperissetque Seleucum grammaticum à ministris suis per- quirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita præparatum venire: primò à contubernio removit, deinde etiam ad mortem compulit. Suetonius.

S u p p l i c e s.

Anus quædam paupercula Philippum Macedonem appel- labat, ut causam ipsius cognosceret. Respondenti Regi: Sibi non esse odium, inclamavit: Proinde ne Rex quidem esse ve- lis. Hac voce Philippus motus, ancilæ preces admittit. Qui- dam hoc ipsum Adriano tribuunt, & Demetrio Poliorceti. Sabellius lib. 7. Em. ad. 4.

ARISTIPPUS, quum aliquando Dionysium tyrannum inter- pellaret pro amico, nec ille preces admitteret, prostratus cepit amplecti pedes regis, & impetravit. Laertius lib. 2. cap. 8.

HYRSÆUS vir consularis, qui in iudicium erat vocatus, cum expectasset Cn. Pompejum à balneo ad cenam euntem, acci- dit duplex genibus ejus. Ad ille præterit hunc contumeliosè, nihil cum dicens agere aliud, quàm quòd convivium suum corrumperet. Plut. in Pompeio, & Val. Max. lib. 9. cap. 5.

COLOMANNUS Hungariz rex, comparato maximo exercitu, in Ruthenos contenderat. Regina Lamca profusus lacrymis ad pedes hostis procidit, veniam ac pacem orans. Ad eum rex ne-







A exarmati, & ad reliqua innocui essent, quin gravi catena...

SUPPLICIA, TORMENTA INHUMANA.

PARYSATIS minoris Cytii mater, preter cetera suppliciorum...

Hetruci vivorum corpora sanioles, & tabidis mortuorum...

Mortua quinetiam inungebat corpora vivis, Componens manibusque manus...

Quamvis veteribus Romanorum mirissimas placuisse poenas...

ARUNTI PATERCULI fabri ferum atque immane fuit ingenium...

SOEVUS PERILLUS aenei tauri inventor, quo inclusi subditis...

Supplicii genus dirum excogitasse primus ferunt Avidius...

ULPIANUS I. C. septem libros de torquendis Christianis...

bitatem, scripsit. Ioan. Bodinus Methodi historia cap. 4. E...

SACRIFICIA. HUMANÆ VICTIMÆ.

Consule Tir. Superstitiosorum sacrificiorum. Illic Religionis excessus...

ARGANA.

De Muliercularum quarundam garrulitate: Sciunt id quod...

NOVA. STUDIUM NOVITATIS.

Barolus in l. si quis mihi bona s. pater Scio, narrat, Nobilem...

INHUMANITAS CONSIDERATA

RESPECTU ACTIONUM HUMANARUM.

CONVIVANDO V. C.

NON ACCEDERE CONVIVIVM.

PERICLES Atheniensis omnem cenarum apparatus, & id...

INVITATIONEM NON FERRE.

STARCHATERUS Suecus pugil fortissimus, ad convivia nunquam...

INVOCATUM ACCEDERE.

Mycion & ziveton, id est, Myconius, vicinus in eum qui...

TARDE ACCEDERE.

Plutarchus in Symposiacis ostendit, olim cognomina quorundam...

A ab Alexo Zophorodripem appellatum, quod ferius iniret...

CONVIVAS MALE TRACTARE. Apud Parthos regis amicus humi subfedit, rege in sublimi...

DISPUTANDO. CLAUDIUS medicus, Plutarchi tempore, in re medica quidem...

ACCUSANDO. CALPURNIUS Salvianus in accusando inhumanissimus fuit...

CAUSAS AGENDO. Quintilianus lib. 11. Vitiosa, inquit, sunt illa, in terra lacuna...

COMMUNIDIVIDUNDO. TIBERIUS Imperator, cum principatum divisisset, ut collegis...

MECHANICUM OPUS FACIENDO. ARCHELAUS rex Macedonum Tonfoti garrulo subinde roganti...

AURELIUS pictor Romanus insignis, meretrices tantum & E...

INHUMANITATIS FRUCTUS

PER SE.

Vide Tir. Reprehensiones non ferre, & Reprehensio amara...

INIMICITIA. ODIUM.

Judei aperiis allocuti Israelitas decem tribuum, defectio...

DEMETRIUS Poliorcetes Macedoniae regno potitus, non tantum...

Ab Cæsaris inimicitia Timagenes excidit, qui vocem liberam...

REPUDIUM.

VASTI, Afluere Persarum regis uxor, ad regem septimo die...

SUPPLICIUM. Caduceator quidam, in Samum ab Orete prefecto...

REPUDIUM. VASTI, Afluere Persarum regis uxor, ad regem septimo die...

SUPPLICIUM. Caduceator quidam, in Samum ab Orete prefecto...

REPUDIUM. VASTI, Afluere Persarum regis uxor, ad regem septimo die...

SUPPLICIUM. Caduceator quidam, in Samum ab Orete prefecto...

REPUDIUM. VASTI, Afluere Persarum regis uxor, ad regem septimo die...

SUPPLICIUM. Caduceator quidam, in Samum ab Orete prefecto...

Mortuo Demetrio juniore, Acaianes Macedonum auxilium defertur...

EXILIUM.

Oppianus Poeta, ex Anazarbo Cilicia civitate, cum Severo principi Anazarbum venienti paulo negligentius...

EXCIDIU, REGNI AMISSIO.

Petiiu Moyses ex Rege Edom: Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam...

Cum Joannes Basilii Magnus Moscovia dux, in Livoniam irrupisset, Vendenses, Aiceroti exemplo, in quod, licet spontanea deditione oblatur...

PER ACCIDENS. V. C.

ABSOLUTIO.

A. GABINUS, in maximo imperio suae ardore suffragis populis C. Minimo accusatoe subiectus, abrupte esse spei videbatur...

JOANNES BENTIVOLUS Petrum & Joannem Mediceos sub Carolo octavo Gallorum regis adventum ad Florentinis ejectos, ad se confugientes, duris verbis excepit...

INHUMANITATIS POENA.

Quere in Loco de Poena Tit. singulari.

Inimicitia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. Inimicitia, Graece ἐχθρα, ἀσέβεια, & ἐχθρῆ, inimicus dicitur. Est autem inimicitia, ira ulcens tempore obervans...

Pellitur ex medio sapientia, vi geritur res, Sternitur orator bonus, horridus miles amatur...

A Duo latrones qui occiderant Isobeth, dixerunt ad David: Ecce caput filii Saul inimici tui, sed male fuerunt suspendiat. 2. Reg. 4.

Raguei & Anna uxor ejus benedixerunt Dominum, quia fecerat cum eis misericordiam suam, & excluderet ab eis inimicum persequentem eos. 1. Ob. 8.

Amputato capite Holofernis, dicit Judith tacentibus universis: Laudate Dominum Deum nostrum, qui no deseruit sperantes in se, & interfecit in manu me hostem populi sui; & profrens caput Holofernis, ostendit eis. Judith. 13.

INIMICI QUI QUIBUS CUJUSMODI SUNT HOMINES ET DII diis infensi, invidi.

Huc refer Tit. Imperium, quatenus Deorum laborant odio, item Damianorum, & a Demoniis infestatorum.

Gigantes Terra Coelique filii, cum super altissimos montes concidissent, saxa ingentia in Deos jaculari sunt: quae in mare ceciderunt, facta sunt insulae...

Oderant filios Israel Aegyptii, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem conducebant vitam eorum. Exod. 1. Dixit Dominus ad Moysen: Hostes vos sentiant Madianitae, & percutite illos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos...

eran, tamdiu essent immortales. Quare Palladis consilio ex eo agro extracta periere. Alii fabulati sunt, Gigantes e Phlegra Campania vicina pullos ab Hercule terram subivisse, atque ex illorum cruore fontem Leuca foetidum odorem habuisse...

HOMINES ET BRUTA.

Palaeftini a muribus infestantur propter arcam Domini captam. 1. Reg. 6.

Cuthaei a Salmanasare traducti in Samariam, unde Israelitarum decem tribus educta fuerant in Assyriam, a leonibus infestati coepere. Posteaquam ab Israeilitis sacerdotibus & legem Moysi accepere, infestatio cessavit.

PONTIFICES, SACERDOTES

Sub Nerone Imp. cum jam completa esset Judaeorum impietas, caedibus & sceleribus omnia erant referta. Ipsi quoque summi Pontifices dissidere coeperunt ad Sacerdotibus & primatibus Jerosolymorum civium, singulique incedebant stipati manu audacissimorum & sedulorum hominum...

Formosus Portuensis Episcopus a Nicolao Pontifice ad Bulgaros missus est, ut eorum Ecclesias, ad Graecis collectas, Romanis imbueret ritibus. Postea discessit ad Joanne IX. Pontifice, de Ludovico Balbo in Imp. eligendo...

DUCES CLARI.

Magnam inter Francicum Sforciam, qui postea Mediolanensem principatum obtinuit, & Nicolaum Picininum, non amulatio modo viguit ob rei militaris gloriam, cujus primas partes sibi utraque arrogaverunt simulatas ingens ob veteres inimicitias, quae olim inter Braccium & Sforciam fuerant...

POPULI TUM.

Thessali, aeterni Phocensium hostes, quos ut Sacro bello gravissime afflixerunt, ita ab iisdem multo ante magnis affecti sunt saepe cladibus. Pansantias in Phocis.